

6. *Exercitationum Ethicarum Disp. I. de Summi Boni Praesuppositis, Ienae A. 1628.*
7. *Disp. Politica de Aristocratia, Ienae A. 1692.*
8. *Annotationes in Augustanam Confessionem, Schleusingae, A. 1639. 4.*

Ad Biblia etiam ERNESTINA s. Vinariensia illustranda adhibitus est Hier. Praetorius, scribitque Calovius in Bibl. Illustr. p. 14., Interpretem Ipsum fuisse Evangelistarum, Marci & Lucae; sed Matthaei & Marci Interpretem fuisse, perhibent Tenzel. in Monatl. Unterred. A. 1693. p. 818., & in Vita ERNESTI PII Dn. Eyringius, qui fide dignorum Virorum auctoritate & testimonio probatam testatur suam operarum istarum descriptionem. Conf. Unschuld. Nachr. A. 1704. p. 401. & Dn. Vockerodt in Commentatione de Eruditorum Societatibus & Varia Re literaria, ed. A. 1704. p. 81.

Lapidi Praetorii sepulchrali duo haec inscripta leguntur Disticha:

*Ossa sub hoc saxo Praetori condita magni
Iudicis expectant iura benigna DEI.*

*Cunas Hamburg magna dedit, Smalcaldia ad
aram*

bustum; sed titulum Leucoris alma mōs.

VII. S. LINCK.